

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. VIII. TIT. III. De Servitut. Præd. Rust.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

latinatu) lumini & prospectui ipsius officiam. B. Par. Hyp. Inf. h.
§. 8. n. 6. & 8.

Alium casum, ubi negotioria agens se fundat in libertate civilis,
affert Lynch. cent. 14. dec. 1374.

LIB. VIII. TIT. III.

DE

SERVITUT. PRÆD. RUST.

Q.v. I. *An aqua etiam non perennis ducatur?*

Laut.pag. **A**FFIRMAT hoc Laut. h. p. 138. idque ex aequitate permitti ait, sed
138. verb. contrarium verius: neque enim tunc vera servitus dici potest,
Ex aequi- quia causa non est perpetua. vid. sup. tit. i. q. 2.

tate ta- O b. J. L. 9. ff. h. verb. *Hodie ex quoconque loco constitui solet.*

men etc. RESP. Hoc non ex jure, nedum aequitate, sed usu & moribus est.

Q.v. II. *An jus compascui sit vera servitus?*

Laut.pag. **N**EG. Quod sequentibus rationibus probat B. Parens in disp. de
128. verb. Praescr. extraord. th. 23. seq. (I) Quia qui compascua habet,
Aliud est non utitur jure servitutis, adeoque nec eo usu servitutem inquinam
jus com- acquirit. Quod non utitur jure servitutis, sic demonstratur: Vell
pascui&c. enim utitur jure servitutis personalis, vel prædialis, arg. l. i. ff. de
Servit. Non jure personalis; quia quatuor tantum in universum
sunt servitudes personales, ususfructus, usus, habitatio, & servitorum
operæ, uti pater ex lib. 7. fforum, ubi ex professo de servitudinibus
personalibus tractatur; & ex rubr. & tot. tit. C. de Usufr. ha-
bit. & ministr. serv. nec non ex lib. 2. Inst. tit. 4. & 5. Neque illum
alterius personalis servitutis vestigium in jure extat: Neque utitur
jure prædialis, quia servitudes prædiales nullæ sunt, nisi quæ & qua-
tenus ad utilitatem fundi vicini pertinent; adeo ut, si cui expresse
quoque constituta sit servitus pascendi, is non possit pecora im-
mittere, quibus ad usus suos domesticos, vel ad commercia usu-
rus est, sed tantum quæ ad utilitatem agri sui habet, uti boves arato-
rios &c. per text. expr. in l. 5. in fin. ibi: non ultra posse quam ad
eum ipsum fundum opus sit. l. 6. princ. & §. 1. ff. de servit. præd.
rust. At compascuorum usus promiscuus est, & valet cuiusque
iulus causa pecora habeantur; ut constat. Igitur qui compascuis uti-
tur



tur, nullo jure servitutis utitur. Neque sane alia ratio est, cur servitus imponi non possit, ut pomum decerpere, & ut spaciari, ut cœnare in alieno liceat, prout tradit JCtus in *l. 8. princ. ff. de Servit.* quam quia id jus neque personalis servitus esse posset, neque prædialis.

(II) Eo minus autem servitus pascendi erit, cum pascuorum usus quoque sit inter eos qui non habent vicina prædia; servitus vero prædialis nulla nisi inter vicina prædia esse potest. *l. 5. §. 1. ibi: nisi fundum vicinum habeat ff. de serv. praed. rust. l. 14. §. 3. vers. nam ē hau- stus ff. de Aliment. leg. l. 7. verb. vicini ff. de serv. praed. urb.*

Quin (III) compascuorum usus concedi & iis potest, qui nullum prædium habent, sed v. g. in equorum bouinve gregibus negotiantur: At servitus prædialis nulla esse potest, nisi uterque prædium habeat. *l. 1. §. 1. l. 6. ff. Comm. praed. §. 3. Inst. de servit.* Ex quibus proinde constat, ex eo quod quis compascua in alterius prædio habuit, non posse inferri, ipsum servitute pascendi usum fuisse: nisi constet alio animo alterum usum, alterum passum fuisse, scil. animo servitutis constituendæ, *arg. d. l. 41. in fin.* & præterea alter quoque prædium vicinum habeat, nec ultra quam ad illius prædii utilitatem usus ille pertinuerit. Quorum unum si defecerit, non poterit usus videri servitute prædiali per jam tradita.

(IV) Sed & usus probat, compascua non esse servitudes, & proinde, qui illis utitur, non uti servitute, sed fieri id inter vicinos solere jure familiaritatis, vicinitatis, &c. cum fundus presumatur liber & servitus probanda sit. Idque perspicue docet Cöppen. *Decis. lib. 1. dec. 12. n. 10. & per tot. ubi n. 10. concludit,* esse instar mutui precarii. Quod equidem verissimum est, cum familiaritatis similiue aliquo jure permittatur.

Unde sane (V) sequitur, cum compascua instar precarii sint, eum qui compascuorum jure longo tempore usus est, ex *d. l. 10. ff. si servit. vind.* non posse ideo servitudinem sibi vindicare, quia precario usus est: qui enim vi, clam, vel precario utitur, præscribere nequit, sed hic modus inter vitiosos expresse refertur in ipsa *d. l. 10.* & excluduntur a præscriptione qui precario utuntur.

Effectus insignis est, quod pro lubitu revocari possit, nam ex precario nemo obligatur, neque duorum consensu, sed alterius precibus consistit, neque animus est transferendi juris, *l. 1. pr. l. 2. §. f. Precar. dict. disp. §. 32.* Unde porro sequitur, quod nullo

Cccc. J. C. P. I.

Xxx

tem-



tempore precario utens præscribere possit, quia est vitiosa possessio;
l. 10. si serv. vind. dict. disp. §. 26.

LIB. VIII. TIT. V.

SI SERVITUS VINDICETUR VEL AD ALIUM PERT. NEG.

Qv. I. *An detur actio confessoria domino qui servitutem
quasi possidet?*

Dissent. **N**E^o G. (1) Quia unusquisque possessor tutus est sua possessione,
Laut. pag. adeo ut actione opus non habeat: l. 1. §. 6. *uti possid.* Equi-
139. verb.
Etiam si servitu-
tem quasi
possideat
&c. dem (2) in actione negatoria constitutum est, ut possessor instituta
actione contendere possit rem actoris non esse, at in confessoria mul-
tum quasi
possideat
&c. libi. Indeque (3) afferitur in §. 1. *Inst. Act.* non esse proditam actionem
possessori *qua NB. neget rem actoris esse*, nisi in servitutibus.
Hoc autem tantum in negatoria sit, qua qui possidet libertatem, ne-
gat servitutem petitoris esse, in confessoria enim semper id affirmat
actor. Atque hinc (4) dicitur confessoria agenti incumbere proba-
tionem, l. 9. pr. h. at si possessor est, non probat. §. 4. *Inst. act.*

O B J. L. 6. §. 1. ff. h. Ubi dicitur, *in his servitutibus* (loquebatur
autem in pr. d. l. 6. de affirmativis, & de confessoria, voc. *vindicatio*)
possessorem esse eum & petitorem; Ergo vindicans servitutem, seu
confessoria agens, & possessor ibi est, & actor.

R E S P. Loquitur textus de servitutibus negativis, adeoque de
actione negatoria: Ex pr. d. l. enim apparet, agi ibi de servitute
qua vicinus intendit jus mihi non esse ita adificatum habere invito eo:
hæc vero servitus negativa dicitur in §. 1. *Inst. act.* ibi: *Si quis inten-
dat jus non esse adversario etc. altius tollendi etc. istae quoque actiones
in rem sunt, sed negativa:* His ita suppositis pergit JCtus & ait in
d. l. §. 1. **IN HIS SERVITUTIBUS** scil. in quibus vicinus inten-
dit, *jus mihi non esse ita adificatum habere, POSSESSOREM
EUM ESSE JURIS ET PETITOREM.*

I N S T O. Quod hic possessor videatur intendere & petere servi-
tutem, dum vicino negat libertatem altius tollendi, contenditque
jus ei non esse, d. §. 1. quæ sane non erit negatoria, utpote quæ
non datur ei qui petit servitutem, sed qui eam negat, l. 2. pr. si serv.
vind.

